**Bibliotheca chemica / [Johann Wilhelm Baumer].**

**Contributors**

Baumer, Joh. Wilhelm 1719-1788.

**Publication/Creation**

Giessae : Apud Joan. Justum Fried. Krieger, 1782.

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/xgbj9xsv

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

H. BOULANGE
Ancienne Comédie PARIS
N. VII.
12662/A

# BIBLIOTHECA
# CHEMICA,

ADORNATA

A

*JOAN. WILHELMO BAUMER,*

IN ACADEMIA GIESSENA

MEDICINAE PROFESSORE PRIMARIO.

GIESSAE

APUD JOAN. JUSTUM FRIED. KRIEGER,

ACAD. BIBLIOPOLAM MDCCLXXXII.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

# PROOEMIUM.

Cuilibet diſciplinae hiſtoriam eius literariam praemitti, et vtile et neceſſarium eſſe, arbitror; huius enim beneficio ſcientiarum artiumque fata, decrementa atque incrementa, cum ſuis cauſſis, autorum vitae et felicia infeliciave conamina, et libri bonae aut malae notae, omnium optime cognoſcuntur. His vero adminiculis adiuti, in ſtudiis noſtris citiores ſolidioresque progreſſus facere poſſumus.

In nonnullis diſciplinis hiſtoria literaria ad maiorem, in aliis ad minorem, perfectionis gradum, pluribus paucioribusque viris doctis in hunc finem cooperantibus, perducta eſt.

Praeter illos, qui de ſcientiae medicae, et diſciplinarum illi famulantium, hiſtoria egerunt, v. c. Dominos van der Linden, Danielem Clerck, Joannem Freind, Gottl. Stollium, Joan. Henr. Schultzium, de Haller &c. Chemiae hiſtoriam paſſim attingentes, Do-

mini W. Gratarolus, Olaus Borrichius, Herm. Conringius, Petrus Borellus, Joannes Jacobus Mangetus & Fridericus Rothſcholtzius, Laur. Crellius &c. de hiſtoria chemica plus minusve bene meriti ſunt; Rothſcholtzii enim bibliotheca chemica fere nil niſi imperfectus librorum chemicorum catalogus eſt. Scriptorum etiam chemicorum enumerationes, nonnullis chemiae inſtitutionibus adiectae, iuſto breviores videntur; cum plerumque nil niſi mera autorum nomenclatura ſint.

Ipſa autem hiſtoriae literariae conſignatio laboris oppido plena, et, certo reſpectu, ſemper imperfecta eſt; tantis enim tenebris antiquiſſima eius monumenta involuta ſunt, vt, vbi pedem tuto figere liceat, omnino neſcias, et futura tempora novos vnius eiusdemque diſciplinae partus continuo edere, ſatis notum eſt: Eadem in hiſtoriam chemicam quadrare, prono alveo labitur.

Cum inſtitutiones chemicas, praelectionibus academicis accommodatas, rerum ſerie rite ordinata, ac ſtilo puriore, edere, in propoſitis habeam; hiſtoriam huius diſciplinae literariam, quantum per vires et connexa licuit, ideo praemittere volui, ne chemiae

eden-

edendae volumen iuſto prolixius fiat, et quo eius cultores brevem illius hiſtoriam literariam ſeparatim habeant.

Chemiae ſcriptores, pro diverſis huius diſciplinae generibus, ita tamen coordinavi, vt ſingulis libros ſuos vno eodemque loco ſubiungerem, ac ſimul aetatum ſeriei, quantum fieri potuit, rationem haberem. Singulas chemicas diſſertationes citare, nimis operoſum ac ſuperfluum, optimasque chemiae conſultis iam notas eſſe, credidi. Quosdem levioris momenti auctores ſtudio omiſſi, aliorum forte memorandorum, ex notitiae defectu, rationem habere non potui. Nec, omnes citatos bonae notae eſſe, ſpondere audeo.

Quos ipſemet debita attentione legi, de iis breve, aequum et bene fundatum iudicium me tuliſſe, arbitror; licet etiam in iis recenſendis principum chemicorum, quam proprio, iudicio vti malui. Erroneo autem iudicio meritis aliorum laudibus detrahere, a bono viro alienum, et immeritis laudes affingere, lectoribus quibusdam noxium forecredidi: Judicium igitur de illis iuſte ferendum aliis in medio poſitum ſit.

Quae erronea forte irrepſerunt, vt corrigant, et manca ſuppleant, ſcientiae chemicae primicerios etiam atque etiam rogare volui, et beneficium hoc, reipublicae chemicae mihique praeſtitum, gratiſſimo ſemper animo praedicaturus ſum.

Sciolorum autem, imperitorum, et non niſi vitiis valentium, calumniis reſpondere, nunquam in animum induxi; ſed potius propriam ſuam turpitudinem ipſis, ſine vllo famae meae detrimento, relinquere, et tempora mea multo melius, quam his Aethiopibus lavandis, collocare, iam dudum, ac tanto libentius didici; cum, viros vere literatos et aequos longe aliter ſentire, nec ab eiusmodi ſtultorum iniquorumque placitis ac iudicio pendere, ſatis certus ſim.

Habes igitur, Benevole Lector, licet non ex aſſe completum, attamen verum hiſtoriae literariae chemicae compendium, quo forte, connexis conſpirantibus, quodam modo vti poteris ad ſculpendum hiſtoriae chemicae Palladium. Vale, et age ſemper feliciter! Dabam Gieſſae, Calendis Febr. MDCCLXXXII.

---

INDEX

# INDEX AUTORUM.


de Abbatis Petrus Antòn, pag. 81
de Albano Petrus. 83
Agricola Joan. Georg. 64
Agrippa Henr. Cornel. ab Nettesheim. 85
ab Aicha Jo. Bapt. Groſſchedel. 93
Aldrovandus Ulyſſes. 66
Aquinas Thomas. 86
Arnoldus de Villa nova. 78
Artephius. 76
Augurellus Jo. Aurelius. 87

B.

Baco Rogerius. 76
Barba Albaro Alonſo. 66
Barckhuſen Jo. Conrad. 28
Barnerus Joan. 22
Baron Hyacinth Theodor. 111
Bartholdus Franciſcus. 94
Bateus Georg. 110
de Batsdorf Henr. 97
Bauhinus Caſp. 106
Baumé Anton. 44
Becher Jo. Joach. 52
Becke Dav. 116
Beguinus Joan. 12
Bernhard Joan. Chriſt. 112
Bertoldus Franc. 116
Beuther David. 96
Billichius Anton. Günther. 13
Blancardus Stephan. 110
de Blancourt Haudiquer. 101
Boerhaave Hermann. 34
Bohnius Joan. 24
Bonus Petr. 116
Borellus Petr. 2
Borrichius Olaus. 1. 67
Boyle Robert. 51
Brendelius Zachar. 13
Brownrigg Wilh. 103
Bucholtz J. H. S. 63
Burghard Gottfr. Henr. 112

C.

Capello Giov. Battiſta. 111
Cardilucius Jo. Hisk. 105
Cartheuſer Jo. Fried. 38
Caſſius Andreas. 97
Charas Moſes. 109
Clauderus Gabriel. 98

Claús Jul. Eberh. Volkmar. pag. 70
Claveus Gaſto Dulco. 89
Claveus Stephanus. 51
Conringius Herman. 24
Cordus Valerius. 104
Cortalaſſius. 95
Courtivron. 66. 103
Cramer Jo. Andreas. 69
Cramer Caſpar. 25
Cranz Franc. Lud. 71
Cranz Henr. Jo. Nepom. 60
Crellius Laurent. 3
Crollius Oswald. 106
Croix L. 62

D.

Dickinſon Edm. 97
Digby Kenelm. 16
Dippel Chriſtian. 36
Diſpenſatoria. 114
Dornaeus Gerhard. 10
Doſſie. 42
Durande. 47

E.

Einſporn Gottfr. 41
Eller Jo. Theodor. 62
d'Eſpagnet Joan. 95
Elsholtz Jo. Frid. pag. 93
Encelius Chriſtoph. 65
Eraſtus Thomas. 10
Ercker Lazarus. 65
Erxleben J. C. P. 49
Ettmüller Michaël. 29

F.

Faber Petr. Joan. 16
Fachſius Modeſtin. 66
Frere Nicol. 41
Febure Nicol. 27. 116
Fernelius Jo. 105
Fictuld Hermann. 99
Flamellus Nicol. 84
Freind Joan. 32
Freſnoy du Leglet. 73
Fuchſius Leonh. 104
Fullerus Thomas. 110

G.

Gallon. 103
de Garaye. 41
Geber, Arabs. 75
Gellert C. E. 70
Geoffroy Steph. Franciſc. 101
Gerhard Carl Abr. 46
Gerhard Joan. 96

Gerike Petr. pag. 37
Glaſer Chriſtoph. 33
Glāuber Jo. Rudolph. 17
Goldmayer Andr. 94
Goris Gerhard. 32
de Grabaus Jo. Frid. 98
Gratorolus Wilh. 87

H.

Hagen Herm. 60
Hannemann Joan. Ludov. 94
Hartmann Joan. 14
Hautmortton Joſaphat Frid. 96
Hellmont Jo. Bapt. 8
Hellot. 102
Hein. Anton. 113
Helvetius Jo. Frid. 95
Henckel Jo. Frid. 68
Hirſchingius W. S. C. 99
Hermes Aegyptius. 74
Hierne Vrban. 34
de Hocheland Theobald. 91
Hoffmann Caſpar. 108
Hoffmann Frid. pater. 108
Hoffmann Frid. filius. 32
Hoffmann Joan. Mauritius. 31
Hoffmann Gottfr. Auguſt. 44
Hoffmann Laurent. 23
Hollandus Jo. Jſaac. 85
Hondorph Fried. 102

I.

Jaquin Nicol. Joſeph. 60
Jars M. G. 72
Jiſugo. 102
ab Indagine Innoc. Libor. 72
Jugel Jo. Gottfr. 70
Juncken Jo. Helfric. 32
Juncker Jo. 36
Junius Adrian. 101
de Juſti Henr. Gottl. 45

K.

Keim Ign. Gottfr. 72
Kelleus Edoard. 88
Kieſeling Gottfr. 69
Klein Ludov. Gottfr. 113
Koenigsdoerfer. 43
Kreutermann Valent. 116
Krüger J. G. 49
Kunckel Joan. 54
Kurella Erneſt. Gottfr. 43

L.

Lagneus Dav. 93
Lange Jo. Joach. 48
Langius Chriſtian. 23
Lavoiſier M. 63

Lau-

Laurenbergius Petrus. 14
Lehmann Joan. Gottl. 71
Levis Willh. 113
Libavius Andreas. 8
Limburg Joan. Phil. 61
LoehneysGeor.Engelh. 65
Lombardus Petr. Bonus. 81
Ludolph. Hieron. 39
Ludovici Daniel. 109
Lullius Raymund. 78

M.

de Machy. 42
Maets 29. 116
Magnus Albert. 77
Malouin. 111
Mangetus Joan. Jocobus. 2
Mangold Chriſtoph. Andr. 39
Macquer Petr. Joſeph. 37
Maret. 47
Marggraf Andr. Sieg-mund. 58
Marinellus.Curtius. 106
Marrherr Philip. Ambroſ. 61
Marzuchi Joſeph. 41
Meier Jo. Fridr. 60
Mercurialis Hieron. 105
Merretus Chriſtoph. 100
le Mery Nicol. 27
Meuderus. 59
Michaelis Joan. 21
Miller Joan. 116
Monnet. 61
Model Jo. Georg. 43
de Montamy Arclais. 103
de Montanor Guido. 93
Monteſnyder Jo. 95
Morhof. Dan. Geor. 91
Morienus Romanus. 76
Morley Chriſt. Ludov. 28
le Mort. 27. 116
Morveau. 47
Muller Philip. 22
Murray Jo. Andr. 114
Mynſicht Andr. 106

N.

Neidhard. 99
Neidhold. 98
Nerus Anton. 100
Neumann Caſpar. 111
Neuſenſtein Henr. 100

O.

Orſchal. 98

P.

Pantaleon. 92
Pedemontanus Alexius. 86
Petermann Andr. 116

Phar-

Pharmaciae. 114
Philaletha. 88
Picus Joan. Franciſc. 87
Poppius Joan. 106
Pietſch J. G. 58
Poerner Car. Wilh. 46
Porta Joan. Baptiſta. 14
Pott Joan. Henr. 57
Potterius Petr. 23
Pyraux. 113

Q.

Quercatanus Joſeph. 105
Quincy Joan. 110

R.

Reaumur. 68
Reſpour. P. M. 56
Retzius Jo. Andr. 113
Richter Adolph Gottl. 111
Ripleus Georg. 84
Rodogerus Georg. Phaedro 90
Roesler Balthaſ. 67
Rolfinck Werner. 15
Roſenſtengel Joan. 48
Roth Gottfr. 35
Rothſcholtzius Frid. 2
Rouelle. 48
Rudiger Anton. 42
de Rupeſciſſa Joan. 83

S.

Sages. 71
Sala Angelus. 11
Saluze 48
Scheffer T. 49
Schloſſer Joan. Albr. 61
Schlütter Chriſtoph. Andreas. 68
Schrœckius Lucas 108
Schœder Joan. 107
Schultz Joan. Henr. 37
Schwaertzer Sebald. 90
Scopoli Joan. Anton. 47
de Scudalupis Petr. Arlenſis. 81
Senac 116
Sendivogius Mich. 91
Shaw Petrus. 56
Slare Frider. 54
Spielmann Joan. Reinb. 42
Stahl Georg. Ern. 29
Starkey Georg. 17
Stiſſer Joan. Andr. 25
Stockar J. G. 61
Struve 49
a Suchten Alex. 89
Sylvius Jacobus. 104

T.

Tachenius Otto. 20

Tan-

Tanckius Joach. 12
Teichmeier Herman. Frideric. 35
Teſſari Ludov. 48
Theobaldus Zachar. 71
Theophraſtus Aurel. Philipp. 6
Thibaut 116
Tillet 69
Tizinenſis Joan. 77
Tollius Jacobus 98
Treviſanus Bernh. 82
de Tſchirnhauſſen Ehrenfried Walth. 101

## V.

Valentinus Baſil. 4
Verulamius Franciſcus Baco. 50
Viganus Joan. Franciſc. 21
Vigenero B. 54
Villanovenſis Conſt. Albinius. 82
Vogel Rudolph. Auguſtinus 40
Vogel Ewald. 91

## W.

Wallerius Gottſchalck 59
Warrein Petrus. 103
Weber J. A. 64
Wedel Georg. Wolfg. 25
Welling Georg. 6
Weigel C. E. 49
Wells J. Jac. 62
Wentzel Carol. Frid. 63
Wiegleb Jo. Chriſt. 47
Wilſon Georg. 29
Wiſtelheim Jo. Ant. Moſcheroſch. 100

## Z.

Zimmermann Jo. Chr. 42
Zwelfer Joan. 107

---

## ERRATA.

p. 1. l. 4. lege manuale et rationale.
p. 27. l. 2. — Febure, Pharmacop. Reg. ſaec. XVI.
p. 105. poſt Jo. Feruelium, adde: Jo Hisk. Cardilucius, Med. Doctor. Magnalia medico-chymica, Norimb. 1586. et 1667. Eiusdem Königlich chymiſcher und arzeneyiſcher Pallaſt. ibid. 1684. 8.

Cap.

# Caput I.

## DE HISTORIAE CHEMICAE SCRIPTORIBUS.

Cum, praeter naturale chemiae exercitium, ad eam rite addiſcendam hiſtoria huius diſciplinae literaria haud parum contribuat: eam, quantum potui atque per connexa licuit, breviter et vere traditurus ſum.

Hiſtoriae chemicae fundamenta ſequentes in primis poſuerunt:

Olaus Borrichius, Danus, Barchae in dioeceſi Ripenſi 1626 natus, anno 1690 obiit. Chemiae et Botanices profeſſione, et Archjatri Regii officio, Havniae functus eſt. Scripta eius perdocte concinnata ſunt: in alchymicis tamen quandoque nimis credu-

lus fuiſſe, videtur. Libri eius huc pertinentes ſunt:

Diſſertatio de ortu et progreſſu chemiae, Havniae 1668. 4. edita.

Tractatus de Hermetis et veterum Aegyptiorum ſapientia, ab Hermanni Conringii animadverſionibus vindicata, ibid. 1674. 4.

Conſpectus chemicorum illuſtrium, ibid. 1697. Cui libro poſthumo hiſtoria vitae eius, ab ipſo conſcripta, praefixa eſt.

Petrus Borellus, Gallus, Medic. Doctor, Archiater Regius et Poliater Caſtrenſis (de Caſtres) qui circa medium ſaeculi XVII. claruit.

Bibliotheca chemica, cum appendice, vsque ad annum 1653. pertingens, Pariſiis 1654. et Heidelbergae 1656. edita eſt.

Joan. Jac. Mangetus, Med. Doctor et Boruſſiorum Regis Archiater, circa ſaec. XVIII. inclaruit.

Bibliotheca chemica curioſa, Genevae 1702. vol. 2. in fol.

Idiomate Germanico Francofurthi 1707. prodiit.

Frid. Rothscholtzius, natus Hernſtadii in Sileſia 1658. celebris Bibliopola Norimbergenſis fuit.

Bi-

Bibliotheca chemica, ſeu collectio auctorum fere omnium, qui de naturae arcanis, re metallica et minerali, nec non de melioratione corporum artificiali ſcripſerunt, fasciculi V. Norimbergae ab anno 1725 vsque ad annum 1729. edita. Eadem ibidem 1735. recuſa eſt.

Scriptorum chemicorum, aliorumque chemiam non tractantium, catalogum, nullam autem librorum diiudicationem, continet.

Veterum philoſophorum ſigla et imagines magicae, cum catalogo rariorum librorum magico-cabaliſtico-chemicorum. Hernſtadii 1732.

Laur. Crellius, Ducis Brunsvic. a conſil. rerum metall. et Med. Prof. Helmſtad. Chemiſches Journal, partes V. Lemgoviae 1779. 1780. Eiusd. Neueſte Entdeckungen in der Chymie. pr. 1. Lipſiae 1781. Tam libros, quam inventa nova chemica, probe recenſuit.

Auctorum chemicorum recenſionem ita inſtiturus ſum, vt primo illos citem, qui de chemia generatim ſcripſerunt: dein eos, qui chemiam phyſicam tractarunt: tertio qui chemiae docimaſticae et metallurgicae operam dederunt: ad haec Alchemicos celebriores: poſtea, qui chemiam mechanicam tradiderunt, et denique eos, a quibus chemiae pharma-

maceevticae opera navata eſt. Cum vero de pluribus chemiae ſpeciebus quidam bene meriti ſint, ad evidandam prolixitatem, ſub vno eodemque autore ſcripta eius chemica omnia ſimul ac ſemel allegaturus ſum. Ex eadem quoque cauſſa factum eſt, vt, pro auctorum citandorum occaſione, chemiae oeconomicae ſcripta reliquis interpoſita ſint.

## Caput II.

### DE AUCTORIBUS CHYMIAM GENERATIM, VEL PLURES EIUS PARTES, PERTRACTANTIBUS.

Basilius Valentinus, ſe in regione ſupra rhenum ſita natum eſſe, in curru antimonii triumphali perhibuit. Ordinis S. Benedicti Monachus, in D. Petri monaſterio Erfordiae circa ſaeculi XV. exitum vixit. Indagatione naturali et ſcientia chemica clarus, atque in hac Theophraſti Paracelſi praeceptor fuit. Vid. Gudeni hiſt. Erfurthenſis L. 2. p. 129. Hunc inter veterum chemicorum primicerios Geor. Ern. Stahlius in fundamentis chemiae dogm. et exprimentalis L. 2. p. 129. retulit. Teſte Herm. Boerhave chem. theor. p. 18. in chemia vulgari artifex peritiſſimus fuit, et in curru eius triumphali antimonii cuncta fere artificia chemica, pro no-

novis hodie falſo vendita, continentur ac ſincere deſcribuntur. Quin et in abſtruſiore artis parte ſe eximium dedit. A Joanne Henrico Pottio, in exercitationibus chemicis, omnium philoſophorum veriſſimus nominatus eſt. His tamen non obſtantibus, quibusdam temporis ſuis praeiudiciis v. c. de virulenta antimonii crudi indole, de ſiderum ad metallorum geneſin influxu, et de viribus corporum ex colorum conditione aeſtimandis praeoccupatus fuit. Quin illum in depraedicandis medicamentorum ſuorum antimonialium viribus nimium fuiſſe, chemiae et medicinae periti haud facile negabunt. Nec, quaedam eius particularia talo haud ſatis firmo nixa eſſe, Jo. Kunckelius in laboratorio chemico pr. 3. p. 376. temere arbitratus eſt.

Azoth ſive Aureliae occultae philoſophorum partes duae, materiam primam, et decantatum illum lapidem philoſophorum per aenigma philoſophicum, colloquium parabolicum, tabulam ſmaragdinam Hermetis, ſymbola, parabolas, et figuras Saturni, ſolide et perſpicue explicantes. Francof. 1613. 4. et in theatr. chem. vol. 4. Argent. 1613.

Opus praeclarum ad vtrumque, quod filio ſuo adoptivo, pro teſtamento, dedit. in theatr. chem. tom. 4. p. 1061.

Liber de microcoſmo, de magno mundi miniſterio et medicina hominis, Marb. 1609. 8.

Practica vna cum duodecim clavibus et appendice, cum tripode aureo Mich. Mayeri, Francof. 1618. 4. Nec non in muſeo hermetico reformato et amplificato ibid. 1677. et 1678.

Apocalypſis chemica, Erford. 1624. 8.

Triumph-Wagen des antimonii, mit Kerckringii Anmerkungen, Hamb. 1676. 8. Nürnberg 1752. 8.

Currus antimonii a Theod. Kerckringio latinitate donatus et commentario illuſtratus, Amſtel. et Genevae 1671. 12.

Tractatus chymico - philoſophicus de rebus ſupernaturalibus et naturalibus metallorum et mineralium, Francof. 1676. 8.

Chymiſche Schriften, Hamb. 1694. 8.

Aurelius Philippus Theophrastus ab Hohenheim, dictus Paracelſus, natus in Tigurinorum vico Einſiedel 1493. denatus Salisburgi 1541. Baſilii Valentini diſcipulus, poſt plures per Europae regiones, Aegyptum et Arabiam peregrinationes, Baſileae medicinam aliquamdiu profeſſus, et praxin clinicam exercens, et dein per Germaniam oberrans, ſectae chemicae autor extitit, et Medicos ad chemiam atque alchemiam exercendas iurgiis ſcriptisque exitavit. In ſtilo obſcurus, grandiloquus, aſtrologicis phantaſiis deditus, in opinionibus ſuis inconſtans, et in-

incultis moribus praeditus fuit. Novum quaſi literati orbis cometam et recentiorum enthuſiaſtarum patrem Dan. Geor. Morhofius in polyhiſtore tom. 2. l. 1. c. 15. illum nominavit. Cum a Baſil. Valentino, ex pluribus corporibus aquam, oleum et ſalem arte elici poſſe, didicerat; haec ipſa corporum principia eſſe, poſtea ſtatuit. In vitriolo cum aſſeclis ſuis mercurium philoſophicum multiplicantem, ſeu lapidem philoſophorum, quaeſivit; ſed in alchemia ante illum Iſaacus Hollandus et Baſilius Valentinus ſolidiora ſcripſerunt. Quo iure Joan. Kunckelius, in laboratorio chemico p. 188. pro adepto illum habuerit, neſcio.

Nulla ſcripta vivus edidit, ſed omnia poſthuma ſunt, eaque plura quidem vtilia, ſed non pauca etiam erronea, continent. In manuali eius plurimi chemici proceſſus propoſiti ſunt, illud tamen magis pro opere ex Lullio, Iſaaco Hollando et Baſilio Valentino compilato, quam proprio, habendum eſt vid. Geor. Ern. Stahlius chemiae pr. 1. p. 219. et tract. de ſulphure p. 51.

Opera Medico-Chemica ſeu Paradoxa, tom. XII. Francof. 1603. 4. vol. 4. Amſtel. 1652. Genevae 1658. fol. vol. 3. Baſil. 1685. vol. 10. edita ſunt; inter quas editio Genevenſis optima eſt.

Pyrophilia, Baſil. 1568.

De praeparationibus mineralium libri duo, ibid. 1669.

De natura rerum libri VII. ibid. 1573.

Archidoxorum libri X. quibus liber de mercurio metallorum, et alius de quinta eſſentia, adiecti ſunt, ibid. 1582.

JOAN. BAPTISTA AB HELMONT, nobilis Bruxellenſis, natus 1577. et 1644. obiit. Se ipſum philoſophum per ignem nominavit, et Medicos ad botanices, chymiae et phyſices ſtudium excitavit. Cum Thale Mileſio aquam, atque in illa natantia, vniverſale omnium corporum elementum eſſe, ſtatuit. Ficto ſuo archaeo nimium v. c. animalium generationem, omniumque actionum moderationem, attribuit. Judicante Jo. Kunckelio in laboratorio chemico p. 627. philoſophus magis in verbis, quam in ſcientia chemica, fuit. Scripta eius, a filio Franciſco Mercurio edita, multas vtiles quidem obſervationes, ſed etiam non pauca obſcura fictaque continent.

Opera medico chemica, Amſtelod. 1648 et 1652. Veneriis 1651. Lugd. 1667. Francof. 1682. et curante Valentini ibid. 1707. edita ſunt; inter quas editiones vltima optima eſt.

ANDREAS LIBAVIUS, Halae Magdeburgicus, Coburgae 1605. obiit. Primo Pro-

Profeſſoris Philoſ. in Academia Jenenſi, dein Poliatri et Gymnaſiarchae Rothenburgi ad Tuberam, et denique Gymnaſiarchae Coburgenſis muneribus functus eſt. Celebris chymicus, phyſicus et medicus fuit, illique diligentiam rationalem, in experimentorum chemicorum collectione, Geor. Ern. Stahlius in Baſilicae chemicae praefatione attribuit.

Opera chymica, vol. VII. Francof. 1606. fol.

Alchymia recognita, emendata et aucta, ibid. eodem in fol.

Syntagma ſelectorum alchymiae arcanorum, tom. 2. ibidem 1611. et 1613. vol. 2. cum appendice ibid. 1615. fol.

Rerum chymicarum epiſtolica forma conſcriptarum libri 3. ibid. 1595. et 1599. 2. vol. 8.

Singularium partes 4. ibidem 1599. et 1601. vol. 4. 8.

Praxis alchymica ibidem 1604.

Defenſio et declaratio perſpicua alchymiae transmutatoriae, ibid. 1604. 8.

Alchemia de iniuſta collegii Pariſienſis cenſura triumphans ibid. 1617.

Vita, vigor et veritas alchymiae transmutatoriae contra Guibertum 1615.

In Lullium atque Arnoldum de villa nova commentarios ſcripſit.

Thomas Erastus, Helvetius, natus Badenae 1523. et Baſileae 1583. denatus. Profeſſione medica Heidelbergae, dein Baſileae, functus, et Theophraſti Paracelſi antagoniſta fuit.

Diſputationes de nova Paracelſi medicina, Baſil. 1572. et 1573. 4. vol. 4.

Explicatio quaeſtionis, vtrum ex metallis ignobilibus verum aurum confici poſſit, ibid. 1572. 4.

Gerhardus Dornaeus, ſaec. XVI. inclaruit, Theophraſti aſſecla et defenſor fuit, pluraque ſcripta chemica atque alchemica edidit.

Clavis totius philoſophiae chemicae, per quam obſcura philoſophorum dicta reſerantur, Lugd. 1562. 12. Francof. 1583. Herbornae 1594. 8. Argentor. 1602.

Lapis philoſophicus, Baſil. 1570. 8.

Aurora et theſaurus philoſophorum Theophraſti Paracelſi, Francof. 1577.

Dictionarium, Theophraſti obſcuriorum vocabulorum definitiones continens, ibid. 1583. 8.

Bernhardi Treviſani chymicum miraculum cum Dionyſii Zacharii opuſculo philoſophiae naturalis metallorum, Baſil. 1583. 8. ibid. 1600. 8.

Ex-

Extat etiam in theatri chem. vol. 1.

Theophraſti Paracelſi de ſummis naturae miſteriis commentarii tres, latinitate donati, ibid. 1584. 8.

Commentarius in X. libros archidoxorum Theophraſti Paracelſi, Francof. 1584. 8.

De ſummis naturae miſteriis commentarii III. Baſil. 1584. 8.

Chymiſtarum naturae artificium pr. 2. Francof. 1668. et 1669.

Congeries Paracelſicae chymiae de metallorum transmutationibus, Francof. 1681. et in theatrichem. vol. 1. Argent. 1613.

Angelus Sala, Vicentia Venetus, circa initium ſaec. XVII. inclaruit. Ad experientiam chemicem ſpectantia ſine fuco et candide autor hic expoſuit. Primi eius libri multum quidem iactantiae produnt, at poſteriores lectu vtique digni ſunt. Teſte Conringio introduct. in artem medicam c. XI. 6. VI. p. 370. primus inter chemicos nugari deſiit. Tractatus duo de variis tum chymicorum tum Galeniſtarum erroribus in praeparatione medicamentorum 1608. ſine loco.

Anatomia antimonii, Lugd. Bat. 1617.

Anatomia vitrioli Aurel. Allobr. 1609. et 1613. Lugd. Bat. 1917. 8.

ope-

Opera medico-chymica, Francof. 1647. 4. et 1680. 4. Rotomagi 1650.

Qui liber etiam, ſub collectaneorum chemicorum curioſorum titulo, Francofurthi 1693. 4. prodiit.

Aphoriſmorum chymiatricorum ſynopſis Aureliae Allobrogum 1609. 12. ibid. 1613. 12.

Chryſologia, ſeu examen auri chymicum, 1622.

Proceſſus de auro potabili, Argent. 1693.

JOAN. BEGUINUS, ſaec. XVII. inclaruit, chemicus celeberrimus et Galliarum Regis eleemoſynarius fuit. Praeceptis chemicis in rectum ordinem redigendis haud contemnendam operam autor hic dedit.

Novum lumen chemicum, Pariſ. 1608.

Tyrocinium chemicum, ibid. 1608. et 1616. Colon. 1615. Regiomontii 1618. Lipſ. 1619. Wittenb. 1634. 1640. et 1656. Amſtel. 1659. et 1668. Genevae 1660. Editio cum Chriſtoph. Glukradii et Jer. Barthii notis reliquis praeferenda eſt. Quem librum elegans et doctiſſimum chemiae compendium Herm. Conringius in introduct. in artem medicam c. XI. §. VI. nominavit.

JOANNES TANCKIUS, natus 1557. denatus 1609. Profeſſoris medici munere Lipſiae functus eſt.

Suc-

Succincta artis chemicae inſtructio, Lipſ. 1605. 8.

Promptuarium alchymiae, ibid. 1610. 1614. 1619. 8.

ZACHAR. BRENDELIUS, natus Jenae 1592. denatus ibidem 1638. Profeſſoris medici officio in academia patria functus eſt, chemicus celebris fuit, atque chemiae pharmaceuticae emendandae primus egregiam operam navavit.

Chemia in artis formam redacta, Jenae 1630. et 1641. Amſtel. 1659. et 1668. Lugd. Batav. 1671.

ANT. GUNTH. BILLICHIUS, Angeli Salae gener, et Comitis Oldenburgenſis Archiater, circa exitum ſaec. XVI. et XVII. initium vixit et claruit. In dogmatibus chemicis rite ordinandis, et diſtincte proponendis, eximium ſe praeſtitit. Aſſerente Jo. Conringio in introductione in artem medicam c. XI, §. VI. p. 370. omnem chemicum praeparandi modum Billichius breviter atque artificioſe tradidit. Teſte Geor. Erneſto Stahlio in tract. de ſulphure p. 14. poſt Beguinum et Billichium, vsque ad Rolfinckium, in diſciplinarum chemicarum ordinatione a Chemicis non multum actum eſt.

Exercitatio de tribus chemicorum principiis et quinta eſſentia, Bremae 1621.

Re-

Reſponſio ad animadverſiones, quas anonymus quidam in Angeli Salae aphoriſmos chymiatricos conſcripſit, Lugd. Bat. 1622.

Exercitatio de natura et conſtitutione ſpagyrices emendatae, Helmſtad. 1623. 4. Libellus omnino eſt eximius.

Aſſertionum chymicarum ſylloge, Petro Laurenbergio oppoſita, Helmſtadii 1624.

Petri Laurenbergii deliria chymica, Bremae 1625.

Exercitium chemicum vltimum ibid. eodem.

Obſervationum ac paradoxorum chymiatricorum libri duo, Lugd. Bat. 1631. 4. Praeclarum opus eſt.

Diſſertatio de Theſſalo in chymicis redivivo, ſeu de vanitate medicinae chemico-hermeticae, Francof. 1639 et 1643.

Libri duo de fermentatione, Lugd. Bat. 1647. 8.

Joan. Baptista Porta, Neapolitanus, circa exitum ſaec. XVI. atque XVII. initium inclaruit.

Magiae naturalis, ſeu de miraculis rerum naturalium libri IV. Antwerp. 1561. 8.

Magiae naturalis l. XX. in quibus ſcientiarum naturalium divitiae atque deliciae demonſtrantur, Neapol. 1569. fol.

De

De deſtillationibus libri IX. quibus certa methodo cuiuslibet mixti in propria elementa reſolutio perfecte docetur, Romae 1608. 4. Argent. 1609. 4.

Joan. Hartmann, Ambergenſis, Archiater Haſſiacus et primus Chymiae Profeſſor Marburgenſis. Poſt ſaeculi XVII. initia inclaruit. Chymicus exercitatiſſimus fuit, et 1631. vivere deſiit.

Diſputationes chemico medicae, Marburgi 1611. 4. ibid. auctae 1614. 4. ibid. auctae 1614. 4.

Praxis chymiatrica, Lipſ. 1633. 4. Francof. 1634. et 1671. 8. Genevae 1647. 1649. et 1664. 8. Lugd. Bat. 1663. 12. cum Cardilucii notis Norimb. 1679. 4.

Hermetiſcher Probier-Stein, Frankf. 1647.

Opera chemico-medica omnia, ibid. 1684. et 1690. fol.

Wernerus Rolfinck, Hamburgicus, natus 1592. denatus 1673. Celebris Chymicus et Medicinae Profeſſor Jenenſis fuit. Teſte Geor. Ern. Stahlio in tract. de ſulphure p. 14. primus chemiam in rectam artis formam redegit, eiusque operationes ex cauſſis, naturae ac rationi conformibus, deduxit, ac tale fundamentum poſuit, cui dein alii multa addendi occaſionem habuerunt.

Non

Non entia chymica, Mercurius metallorum et mineralium, Jenae 1670. 4.

Chemia in artis formam redacta, Jenae 1641. 8. 1661. 4. Genevae 1671. 4. Lugd. Bat. 1671. 12.

Diſſertationes chemicae VI. de tartaro, ſulphure, margaritis, metallis perfectis, antimonio, ferro et cupro, Jenae 1679. 4.

Kenelmus Digby, Eques Anglicus et Cancellarius Regius, vt Mathematicus et Chymicus egregius, circa ſaeculi XVII. medium inclaruit. Obiit 1665. vita eius in Dn. Bayle diction. tom. IV. p. 3041. deſcripta eſt.

Theatrum ſympatheticum cum oratione de pulvere ſympathetico, Norimb. 1660. 12. et 1662. 4. Francof. 1660.

Medicina experimentalis, ſeu pharmaca ſelecta et probata, ibid. 1667. et 1681.

Eröfnung verſchiedener Heimlichkeiten der Natur, ibid. 1661. 1700. et 1708.

Selecta raraque arcana philoſophica et experimenta chemica, ex idiomate Anglicano in Germanicum translata, Hamb. 1684.

Petrus Joan. Faber, Caſtrinovidanenſis, Archiater Regius, vt eximius chymicus, ſaeculo XVII. inclaruit.

Pharmacopoea chymica, Toloſae 1628. 8.

Alchymiſta chriſtianus, ibid. 1632.

Pro-

Propugnaculum alchymiae, ibid. 1645.

Panchymici opus, ibid. 1646. 8. et Francof. 1651. 4.

Panchymici tomus vltimus, Toloſae 1655. et 1656. 4.

Opera chymica, vol. 2. Francof. 1652. 4. idiomate Germanico, Hamb. 1713. 4.

Sapientiae vniuerſalis libri IV. Toloſae, 1654.

GEOR. STARKEY, Anglus, Med. Doctor.

Theophraſti Paracelſi atque Helmontii aſſecla, iactator, et in Galeni ſectatores maledicus fuit.

Medulla verae chemiae, idiomate Anglicano, Lond. 1658. Sub titulo chemiae, cum appendice de liquore alcaheſt, idiomate Germanico, Norimb. 1722. prodiit. Idiomate Batavico, Leowardi 1687. 8.

Pyrotechnia, idiomate Anglicano, Lond. 1658. 12. Belgico, Amſtel. 1687. Germanico, Norimb. 1722. 12. edita eſt.

JO. RUDOLPHUS GLAUBER, circa ſaeculi XVI. medium vt chymicus exercitatiſſimus inclaruit, et Amſtelodami 1657. obiit. Illiteratus fuit, et licet multa bona, maxime in compendio deſtillationis, oſtenderit, et perpulchram experimentorum chemicorum et en-

chiriſmum copiam congeſſerit; plura tamen eius promiſſa medica et alchymica partim incerta, partim vana ſunt, quin alchemicis conceptibus et ipſe ſpem atque rem ſuam perdidit vid. Joan. Kunckel in laboratorio chymico pr. 3. p. 671. et Geor. Ern. Stahl in obſerv. chem. phyſ. med. anni 1697. p. 41. Teſte Dn. Schelhammero in additam. ad Conringii introd. in artem med. c. XI. §. VI. empyricorum vitio laborans, plura iactavit, quam praeſtare potuit. Tractatus de natura ſalium, Amſtel. 1658 et 1659.

De ſignatura ſalium, metallorum et planetarum, Amſtel. 1685. Pragae 1703.

Deſcriptio artis deſtillatoriae, ſeu novi furni philoſophici, partes V. Amſtel. 1648. 1649. 1651 et 1661. Francof. 1652. Pragae 1700. Appendix partis quintae, Amſtel. 1702. Idiomate Gall. Pariſ. 1659. In hoc libro operationes chemicas autor tanto compendio inſtituere docuit, quanto nemo, circa hanc artem hactenus verſatus, videtur. conf. Conringius in introd. in artem med. p. 371.

Miraculum mundi, ſeu mercurius philoſophicus, Amſtel. 1653. Rotenb. 1653. Hanov. 1653. Francof. 1656.

Tract. de auri tinctura, ſeu auro potabili vero, Amſtel. 1650. 1657. Francof. 1652.

Libel-

Libellus dialogorum, tincturam vniuerſalem concernens, Amſtel. 1663. Pragae 1703.

Opus minerale, pr. 3. Amſtel. 1651. 1652. 1661. Francof. 1651. et 1655. Pragae 1705.

Pharmacopoea ſpagyrica, partes VII. Amſtel. 1663. 1664. 1668. Norimb. 1654. Ad pharmacopoeae ſpagyricae partem ſeptimam appendix, Amſtel. 1669.

Tract. de tartaro ex vini fecibus, ibid. 1657.

— de tribus lapidibus ignium ſecretorum, ibid. 1687. 1688. Pragae 1703.

— de igne ſecreto philoſophorum, Amſtel. 1669.

Libellus ignium, ibid. 1663. Pragae 1703.

Novum lumen chemicum, Amſtel. 1664.

Tract. de tribus metallorum principiis, ibid. 1667.

— de Elia artiſta, ibid. 1668.

— de purgatorio philoſophorum, ibid. eodem.

Proſperitas Germaniae Pars I. Amſtel. 1656. 1665. Pragae 1704. Pars II. Amſtel. 1657. Pragae 1704. Pars III. Amſtel. 1659. Pragae 1704. Pars IV. Amſtel. 1659. Pragae 1704. Pars V. Amſtel. 1660. Pragae 1704. Appendix ad partem quintam, Amſtel. 1661. Pragae 1704.

Schatz- und Sammel-Kaſten, centur. I. et II. Amſtel. 1660. et 1668. centuriae III. IV. et V. ibid. 1660. et 1668.

Glauberi opera chymica, partes II. Francof. 1658.

Glauberus concentratus, ſeu laboratorium Glauberianum, cum furnis et inſtrumentis chemicis, Amſtel. 1668. Breslaviae 1715.

OTTO TACHENIUS, Herfordia Weſtphalus, Pharmacopoeus, et poſtea Doctor Paduanus, diu Venetiis commoratus, ibique ſalem alcalinum volatilem cum fixo remixtum, pro viperino, vendidit, et praxin clinicam exercuit. Ex illius opinione, vitae animalis conſervatio ab alcali et acido pendebat. Judicante Dn. Herm. Boerhaavio in chemia theoretica p. 88. nimius illi et male praeceps chemiae amor fuit; vt vix miniſtram eam, ſed medicinae dominam, aſſumſerit. Dn. Jo. Henr. Schulzius in hiſtor. med. p. 279. Hippocratem, inquit, Tachenius frequentiſſime allegat; vt hominis indocti calliditatem non ſatis mirari poſſis, cum non minori impudentia iunctam, qua vſus eſt, ad autoritatem ſalis ſui vipperini, ſibi adeo lucroſi, ſtabiliendam: ſed larvam homini Joannes Zwelferus in diſcurſu apolegetico adverſus Hippocratem chymicum, et Helvius Dietericus in vindiciis, detraxerunt. Ammanus in irenico p.

16.

16. Hippocrati, inquit, chemiae peritiam tribuentes veſani ſunt, quos inter Tachenius eſt.

Hippocrates chymicus, Venetiis 1666. 12. Brunſvic. 1668. 12.

Clavis medicinae Hippocraticae, Venet. 1669.

Epiſtola de liquore alcaheſt. Hamb. 1655. 4.

JOAN. FRANCISCUS VIGANUS, Veronenſis, ſaec. XVII. Chymicus celebris fuit. Hunc plus manibus, quam meris ideis, laboraſſe, Geor. Ern. Stahlius in tract. de ſalibus teſtatus eſt.

Medulla chemiae, Lond. 1658. 8. variis experimentis aucta 1682 et 1688. 8. Norimb. 1718.

JOANNES MICHAELIS, natus Suſati 1606. Prof. Med. Lipſienſis, 1667. obiit. Teſte Schehamero in additionibus ad Conringii introductionem in artem medic. hic et Rolfinkius, quidquid deinceps in Germania medicorum eruditorum emicuit, pepererunt. Henrici ab Heer Spadacrenen et Joannis Hartmanni praxin chymiatricam edidit Lipſ. 1661. 4.

Eius animadverſiones in Joannis Schroederi pharmacopoeam, atque annotationes in Werneri Rolfinckii chemiam in operibus omnibus, Norimb. 1698. editis, continentur.

JOANNES BARNERUS, Elbingenſis, natus 1641. Joannis Michaelis diſcipulus, et Regis Poloniarum Archiater fuit. Vir iudicio atque artis experientia inſignis, operationum chemicarum cauſſas in ſcriptis ſuis perdocte tradidit. Hunc et Joannem Bohnium, vno eodemque fere tempore, plus, quam alii, ad labores chemicos rationales contuliſſe, Geor. Ern. Stahlius in tr. de ſulphure p. 15. teſtatus eſt.

Exercitium chemicum delineatum, Batavii 1670.

Chemia philoſophica cum doctrina ſalium, medicamentis ſine igne culinari parabilibus, et chemiae exercitio, Norimb. 1689. 8. Liber hic inter optima illius temporis compendia merito referendus eſt. Vindiciae experimentorum et dogmatum ſuorum, Auguſt. Vindelic. 1667.

Demonſtratio, ſpiritum vini eſſe ſine acido, cum modo ſales volatiles oleoſos conficiendi, Lipſ. 1675.

PHILIPPUS MÜLLER, Friburgenſis, poſt ſaec. XVII. initia claruit, et de rebus chemicis bene meritus eſt.

Miraculorum et myſteriorum chemico-medicorum libri quinque, liber I. de philoſophorum lapide. l. II. de transmutationibus particularibus. l. III. de praeparationibus rario-

rioribus ex mineralibus praecipuis. l. IV. de modis ſecretioribus aquas ſtillatitias, eſſentias, tincturas, ſales philoſophicos, balſama et extracta ex vegetabilibus faciendi. l. V. de medicamentis rarioribus. Acceſſerunt tyrocinium chymicum, et novum lumen chymicum, Regiomontii et Lipſiae 1614. 12. Witenb. 1623. 12. Rothomagi 1651. 12. Genevae 1660. 8. Pariſ. 1644. 12. Amſtel. 1659. 12. ibid. 1659 et 1668. 8. Poſteriores duas editiones Gerh. Blaſius notis illuſtravit, et Zach. Brendelii chemiam adiecit.

LAURENT. HOFFMANN, Hala Magdeburgicus, obiit 1630.

Roſarium minerale ſpagyricum, Halae Magd. 1711. 4.

Commentatio de vero vſu et abuſu medicamentorum chymicorum, ibid. eod. Thavmatophylacium ibid.

CHRISTIAN. LANGIUS, natus Luccaviae 1619. Med. Doctor. et Ordinis Med. Lipſienſis Aſſeſſor fuit, anno 1662. obiit.

Tractatus de thermis Carolinis, Lipſ. 1653.

Collegium chymicum ibid. 1704. curante Dn. Rivino, editum fuit.

PETRUS POTERIUS, Andegavenſis, Medicus Regius, poſt initia ſaeculi XVII. in-

claruit, atque de rebus chemicis bene meritus fuit.

Pharmacopoea ſpagyrica, Colon. 1624. 12. Bononiae 1622. 8. ibid. 1635. 4.

Opera omnia medico-chymica, Lugd. 1645. 8. ibid. 1653. 8. Francof. 1666. 8. ibid. 1698. 4. cum Frid. Hoffmanni annotationibus atque additamentis.

JOANNES BOHNIUS, natus 1640. Profeſſor Lipſienſis, vir acri iudicio praeditus et tam in chemia, quam aliis medicinae partibus, exercitatiſſimus ac meritiſſimus fuit. Eum Rolfinckio aliisque in chemia praeſtitiſſe, Geor. Ern. Stahlius in tr. de ſulphure p. 15. iudicavit. Illum in chemicis exercitatiſſimum, magnaque laude dignum, Herm. Boerhaave in chemia theoretica p. 88. nominavit.

Epiſtola de alcali et acidi inſufficientia pro elementorum corporum naturalium munere gerendo, Lipſ. 1675. 8.

Experimenta et dubia chemica auri et argenti ſolutionem ſpectantia, quae in actis erud. Lipſ. 1683. p. 409. propoſita ſunt.

Diſſertationes chemico-phyſicae, quibus tract. de aëris in ſublunaria influxu acceſſit, Lipſ. 1685. 4. ibid. 1696. 8.

HERMANN. CONRINGIUS, Norda Friſo, natus 1606. Polyhiſtor. et Med. Prof.

Helm-

Helmſtad. et plurium Magnatum archiater, Anno 1681. fatis ceſſit.

Exercitationes de fermentatione Platonica, cum Theſſalo in chymicis redivivo, et anatomia fermentationis Platonicae A. G. Billichii, Francof. 1639. 8. ibid. 1643. 8.

Liber de Hermetica Aegyptiorum vetere, et Paracelſicorum nova medicina, quo ſimul in Hermetis trismegiſti omnia, ac vniverſam cum Aegyptiorum, tum chemicorum, doctrinam animadvertitur, Helmſtad. 1648. 4. auctus et emendatus, ibid. 1696. 4.

CASPAR CRAMER, Med. Prof. Erfurthenſis, obiit 1682.

Collegium chymicum, curante Juſto Veſti, Erfordiae 1688. editum.

Diſſ. de metallorum transmutatione, ibid.

JOANN. ANDR. STISSER, natus 1657. Luchoviae in ducatu Luneburgenſi, Prof. Med. Helmſtadienſis.

Acta laboratorii chemici, in Academia Julia, tribus ſpeciminibus comprehenſa, Helmſtad. 1690. 1693. 1698. 4.

Epiſtola ad Leibnitium de variis chemiae erroribus, ibid.

GEORG. WOLFGANG WEDEL, Golſa Luſatus, natus 1645. Chemiae et Med.

 Prof.

Prof. Jenenſis celebris, denatus 1710. Tam in chemicis, quam medicis, optime meritus eſt, et ſcripta eius oratione diſtincta ac ſtilo plano conſignata ſunt. Illum omnes pharmaciae ſcriptores, quin ipſum praeceptorem ſuum Rolfinckium, ſuperaſſe, Dn. Schelhammer in annot. ad Conringii introductionem in artem medic. c. XI. §. VI. p. 386. perhibuit.

Non entia chymica, Francof. 1670. 12.

Specimen experimenti chymici de ſale volatili plantarum, ibid. 1672. Jenae 1675.

Tabulae chemicae XV. in ſynopſi vniverſam chymiam exhibentes, Jen. 1692.

Pharmacia in artis formam redacta, ibid. 1677. 4.

Tract. de compoſitione medicamentorum extemporanea, ibid. 1697.

Pharmacia acroamatica, ibid. 1686. 4.

Introductio in alchemiam, ibid. 1705. 4.

Compendium chemiae theoreticae et practicae, ibid. 1715. 4.

Diſſ. de fermentis chymicis, ibid. 1695.

— de oleis ſtillatitiis, ibid. 1696.

Progr. de Mercurio philoſophorum, ibid. 1697.

Schediasma de ſale volatili oleoſo, ibid. 1711. 4.

NIC

NIC. LE MERY, natus 1645. Pharmaciae diu operam dedit, Pharmacopoeus Regius fuit, et denique Doctoris gradum aſſumſit. Denatus 1715. In experimentis chymicis ingredientium pondus autor accurate determinavit, eiusque annotationes laude dignae ſunt. Cours de Chymie, a Paris 1675. 1682 et 1757. 4. Lugd. 1716.

Idiomate latino, Genevae 1681. Idiomate German. cum notis Dn. Zimmermanni, Dresdae 1754. 8. Idiom. Italico, Venetiis 1763. 8. vol. 3.

Pharmacopée univerſelle, à Paris 1697. 1754. 4. 1764. 4. vol. 2.

Tract. de antimonio, Pariſ. 1707. 12.

Actis Acad. Regiae Scient. Pariſinae nonnullos commentarios chemicos v. c. de Mercurio ſublimato corroſivo, de alumine et vitriolis inſeruit.

NICOL. LE FEVRE, poſt ſaec. XVII. floruit.

Cours de Chymie, à Paris 1651. 12. vol. 5.

Traité de la Chymie, ibid. 1660 et 1757. 8. vol. 5.

Jo. Franc. Vigani medulla Chemiae variis experimentis aucta, Lond. 1683.

JAC. LE MORT, natus Arnhemii 1650. Chem. et Med. Prof. Lugdun. obiit 1718.

Phar-

Pharmacia et chemia medico phyſica, rationibus atque experimentis inſtructa, Lugd. Bat. 1684. 4. aucta ibid. 1688. Idiomate Batav. Amſtel. 1696.

Facies et pulcritudo chemiae ab affictis maculis purificata, atque ad veras naturae ſuae leges exornata, Lugd. Bat. 1712. 8.

JOAN. CONRAD. BARCKHUSEN, Horna Weſtphalus, nat. 1666. Medic. Prof. in academia Traiectina, denatus 1723.

Pyroſophia, ſive elementa chymiae, Lugd. Bat. 1698. pr. 3. 4. In quo libro de Jatrochemia, metallurgia et alchemia autor egit. In fine elenchi aliquot laborum chemicorum, in laboratorio Traiectino exantlatorum, acceſſerunt.

Acroamata, in quibus complura ad Jatrochymiam et Phyſicam ſpectantia explicantur, Traiect. Bat. 1703. 8.

Pharmacopoea ſynoptica, Francof. 1690. 12. Editio auctior Ultraiecti, Bat. 1696. 8.

Compendium ratiocinii chymici, more Geometrarum concinnatum, Lugd. Bat. 1712. 8.

Christoph Love Morley, Anglus, ſaec. XVII. vixit.

Collectanea chymica Leidenſia, id eſt, Maeſtina, Margraviana et le Mortiana, trium in aca-

academia Lugduno Batava Profeſſorum opus, quingentis et amplius proceſſibus adornatum, Lugd. Bat. 1684. 4.

MICH. ETTMULLER, natus Lipſ. 1644. In Academia patria Med. Profeſſor, Barneri atque Rolfinckii diſcipulus fuit.

Diſſertatio de Hippocratis medicina chymica, Lugd. Bat. 1671.

Opera pharmaceutico - chymica, ibidem 1686. 4.

Chemia rationalis atque experimentalis curioſa, Lugd. Bat. 1689. 4. Liber hic, poſt autoris mortem, non ſine pluribus mendis, editus fuit.

ANONYMUS (MAETS).

Chemia rationalis, Lugd. Bat. 1687. 4.

GEOR. WILSONIUS, ANGLUS, circa ſaec. XVI. exitum inclaruit, Chemiae per XL. fere annos indefeſſam operam dedit, atque in experimentis chymicis adornandis exercitatiſſimus fuit.

Curſus Chymiae, idiomate Anglico, Lond. 1699. 8. Prima eius pars de metallis et mineralibus, altera de vegetabilibus, et tertia de animalibus agit.

GEOR. ERNEST. STAHLIUS, natus Onoldi in Franconia 1660. Profeſſor Medicinae

cinae in Acad. Halenſi, et poſtea Archiater Regius, obiit Berolini 1734. Inter optimos exercitatiſſimosque Chymicos merito refertur. Obſervationes phyſico-chemico-medicae, Halae Magd. 1697 et 1698. 8.

Zymotechnia fundamentalis, ibid. 1697. 8. Idiomate Germanico, atque egregiis notis aucta, Francof. et Lipſ. 1734. 8.

Diſſ. de pyrotechniae, docimaſiae et metallurgiae fundamentis, Halae Magd. 1700. Idiomate German. ſub titulo: Anweiſung zu der Metallurgie, oder der metalliſchen Schmelz- und Probier-Kunſt, Leipz. 1720. 8.

Specimen Becherianum, phyſicae Becheri ſubterraneae annexum, Lipſ. 1703. 8. Germanice ſub titulo: Einleitung zu der Grund-mixtion, ibid. 1720. 8.

Ars tinctoria fundamentalis et experimentalis, idiom. Germ. 1703.

Opuſculum chymico-phyſico-medicum, ſeu ſchediasmatum pluribus annis in publicum emiſſorum, nunc in vnum volumen collectorum, faſciculus, procurante Dn. Alberti, Halae Magd. 1715.

Zufällige Gedanken und nützliches Bedenken über den Streit von dem ſogenannten Sulphure, Halle 1718. 8. Idiomate Gallico, à Paris 1766. 12.

Solutio Martis in puro alcali, atque anatomia ſulphuris communis, ibid. 1711.

Be-

Bedenken von der Verbeſſerung der Metalle, Nürnberg. 1720.

Gründliche Einleitung in die Chymie, Leipz. 1720.

Fundamenta chymico pharmaceutica, Hernſtadii 1721. Büdingae 1728. 8.

Bedenken und Erläuterungen über Bechers Naturkunde der Metalle, Frankf. und Leipz. 1723.

Tract. de ſalibus, Halae Magd. 1723. idiom. Germ. ibid. 1765.

Fundamenta chymiae dogmatico-rationalis et experimentalis, Norimb. 1723. 1732 et 1746.

Abhandlung von dem Salpeter, Frankf. und Leipz. 1734.

Experimenta, obſervationes et animadverſiones chymicae et phyſicae, Berol. 1731. 8.

JOAN. MAUR. HOFFMANN, natus Altorfii 1653. In Academia patria primus Chymiae Profeſſor, Marchionis Onoldino Brandenburgici Archiater, denatus 1727.

Acta laboratorii chymici Altdorfini, Norimb. 1719. 4.

JO. HELFRIC. IUNCKEN, Kahlera Haſſus, natus 1648. Med. Doctor et Ser. Haſſiae Landgravii a conſill aulicis, denatus 1726.

1726. Promiſcuam variorum, non ſemper optimorum, medicamentorum collectionem exhibuit.

Chymia experimentalis curioſa, ex principiis mathematicis demonſtrata, Francof. 1681. et 1701. 4. Recentior eius editio ſub titulo Medicus praeſenti ſaeculo per chymiam accommodandus, ibidem 1683. prodiit.

Concordantia pharmaceuticarum compoſitionum, ibid. 1696. 4.

Corpus pharmaceuticum chymico-medicum, ibid. 1711.

GERHARDUS GORIS, Med. Doctor, Lugduni Bat. commoratus.

Chymia ab inutili verborum pondere, oſtentatione et ſophiſtarum ſciolorumque compedibus liberata, ſibique reſtituta, Lugd. Bat. 1702. 8.

Mercurius triumphator, ibid. 1717. 8.

JOAN. FREINDIUS, Med. Doctor, obiit Londini 1728.

Praelectiones chemicae Oxonii habitae, in quibus omnes fere operationes chemicae ad vera principia, atque ipſius naturae leges, rediguntur, idiomate Anglico, Lond. 1709. Latino Amſtel. 1710. 8. et Pariſ. 1735. 4.

FRID. HOFFMANN, natus Halae Magd. 1660. Boruſſorum Regis a conſil. intimis et

in

in Academia patria Medicinae profeſſor. Denatus ibid. 1742. De Chymia et Medicina optime meritus eſt.

Annotationes et additamenta ad Petri Poterii opera practica et chymica, Francof. 1698. 4.

Obſervationum phyſico-chemicarum libri tres, Halae Magd. 1722. 4. Idiomate Gallico, Pariſ. 1754. 12. vol. 2.

Chymia rationalis et experimentalis, ſive collegium chymicum curioſum, Hamburg. 1756. 8.

Analyſis reguli antimonii medicinalis, Halae Magd. 1698.

Diſſert. de thermis Carolinis, ibid. 1695.

— de generatione ſalium, ibid. 1701.

— de acido vitrioli vinoſo, ibid. 1732.

— de ſale medicinali Carolinarum, ibid. 1734.

— de praecipuis Germaniae fontibus medicatis, ibid. 1724.

Examen chemico-medicum fontis Sedlitzenſis, ibid.

Christoph Glaser, Helvetius, Pharmacopoeus Regius, Chemiae Pariſiis diu operam dedit. Mſr. Fontanelle dans l'hiſtoire du renouvellement de l'Academie Royale des Sciences tom. 2. p. 173. dit: Mſr. Glaſer

ſer, étoit un vrai Chymiſte, plein d'idées obſcures, avare de ces idées, et très peu ſo-ſociable.

Traité de la Chymie, à Paris 1663.

Hodegus chymicus, idiomate Germ. ſub titulo Chymiſcher Wegweiſer, Jenae 1684. et 1696.

Novum laboratorium medico-chymicum, idiom. Germ. Norimb. 1677.

